

hoc euentu existimo si sua sponte, & non metu coactus id promissit, nō posse illum tura conscientia ad religionem transire, etiam si matrimonium ineat, & ante consummationem transire velit: & ita si de facto profiteretur, tenebitur ad totas dispensationis expensas. Sicut dixi in 1. casu relato num. 8. Ducor, quodd cum hic ex vi iniuriæ deflorationis teneretur vel eam sceminam ducere, aut eius dotem augere: iuxta cap. 1. de adult. & potest latè videri in Gutierrez. q. canon. lib. 1. cap. 37. à nu. 7. Ea matrimonij promissio sequitur dici liberalis, sed verè satisfaciens iniuriæ violationis, & ex vi illius debita, quāvis nō determinatè, sed sub disiunctione. Quare cū deflorans promittit postea sceminā acceptanti matrimonij, non imponit sibi nouā omninō obligationem, sed disiunctiuam determinat ad alteram illius partem. Ergo contra hanc obligationem, quam sibi voluntariè elegit imponendam vt satisfaceret grauissimæ iniuriæ, non poterit ad religionem transire, cum damno sceminæ: quæ ture optimo potest quancunq; aliam iniuriæ satisfaciōnem respicere. Et confirmatur, quia cū in hoc casu magis iniuriōsa fuerit violatio, vt potè violenta, quā dū sua sponte scemina cōsensit promisso sibi matrimonio, & eadē promissio sit iam facta: sicut non potest resiliere transiens ad religionem, quando scemina sponte cōsensit præcedenti ea promissione, ratione iniuriæ sceminæ: ita ratione maioris iniuriæ ex violatione coacta illatæ id non poterit, quando promissio matrimonij in illius satisfaciōnem subsecuta est. Id enim quod semel placuit, nequit amplius in grauem sceminæ iniuriam displicere. Dixi, quando sua sponte, & non metu coactus promissit. Quia eam sedulsa ea promissione non teneretur ad matrimonium, & sic non haberet impedimentum ad licitum religionis ingressum: nec ea promissio impediet. Quia ob coactionis iniuriā minimè obligat. Et quāuis in foro externo non iuuaret, nisi metus in virum constantem caderet: in foro conscientie sufficeret metus leuis, ne obligetur ea (vt probauimus lib. 4. disp. 9. num. 4.) Dixi etiam quando fuit defloratio virginis. Quia si viuam honestam, aut aliam non virginem sic violenter absq; matrimonij fide cognouisset, licet postea promitteret illi matrimonij in satisfaciōnem, posset ingredi religionem, & alio modo satisfacere iniuriæ illatæ. Quodd

cum nullo modo teneatur ad matrimonij (in virginis enim defloratione id specialiter statutum est c. 1. de adult. vt ad id, vel ad dotem teneatur deflorator, ratione grauioris iniuriæ quā si vi cognoscatur, quæ nō erat virgo) ea promissio sit omninō voluntaria, & sic habet imbitatā tacitā conditionem, nisi transiit ad religionem placuerit.

Hinc deducitur, eum, qui virginem deflorauit etiam consentientem, & post defloratam dedit fidem matrimonij, etsi in foro conscientie possit ad religionem transire, (vt num. 9. diximus,) in foro externo compellendum esse ne transeat, sed defloratam ducat: nisi ipse probet eam non fuisse virginem, aut sponte cōsensisse. Ratio est, quia quando dolo, aut vi deflorat, est ad hoc compellendus (vt num. præcedenti diximus.) At quantuncunq; ipse alleget eam non fuisse virginem, aut cōsensisse, ei non creditur, nisi legitime probet: sed præsumitur in foro externo ea virgo, & se ducta. Vt ex. l. vnica. ad finem. C. de raptu virg. probant Abb. cap. 1. num. 2. de adult. & ibi Anan. num. 2. Nauar. summa cap. 16. num. 16. Antonius Gomez. l. 80. Tauri nu. 10. Gutierrez dicens esse omninō. q. canon. lib. 1. cap. 37. nu. 11. Ergo in foro externo deflorator non probas contrariū, succumbet, & cōpelleretur vt resista religione eam ducat. Temperarem tamē, nisi inter deflorantem & virginem, esset aliquod impedimentum ad matrimonium: vt si essent consanguinei. Tūc enim promissio illa fuit omninō voluntaria, quāuis illa per iniuriam deflorata esset. Quia textus c. 1. de adult. obligans ad ducendum sceminam dolo defloratam: non loquitur in hoc euentu. Cū enim inter hos nequeat, matrimonium cōsistere, non potest ad illud obligare. Atq; adeo cum promissio fuerit omninō voluntaria, cessat ratio tradita in nu. præcedenti. Et procedunt, quæ nu. 9. tradidi, vt possit his in vtroq; foro implere ea promissio ne, ad religionem transire.

Hæc autē matrimonij promissio, & quancunq; spōsalia non probantur testibus singularibus neq; ex ijs imperfectis probationibus, integra, & plena coalescit. vt probat Alex. toto consil. 143. volum. 2. & multos allegans contra alios oppositum sentientes, Antonius Gabriel, 1. tomo 3. communium lib. 1. tit. de probat. concl. 1. nu. 36.

EXPLICIT LIBER OCTAVVS  
de Dispensationibus.

LIBER

## LIBER NONVS DE REDDITIONE debiti coniugalis.

### DIVISIO LIBRI.

**H**actenus disputatum sit de requisitis ad constituendum matrimonium: & de secundis nuptijs. Iam de effectu, ac obligatione consergente ex matrimonio inter ipsos coniuges, nempe mutua debiti coniugalis redditionis, ac cohabitationis, differendum est. De qua presens liber disputat. Hic autem ordo seruandus est. Primo differetur, an actus coniugalis ex se sit licitus, & obligatorius. Deinde de obligatione ad cohabitandum. Post modum, quia actus quicumq; bonus potest ex circumstantijs variari: disputabitur de circumstantijs, ex quibus reddatur actus coniugalis vitiosus, nec teneatur coniux ex actus ad debiti redditionem. Tandem de tactibus, ceterisq; libidinosis delectationibus inter coniuges, sponsosq; de futuro: & huius occasione etiam inter solutos.

### DISPUTATIO PRIMA.

An actus coniugalis sit ex genere suo bonus, ac meritorius, si in gratia exerceatur.

#### SVMMARIVM.

**R**efertur sententia discens nunquam exerceri sine peccato. num. 1.  
Impugnatur hæc sententia & proponuntur remissive bona excusantia matrimonium. n. 2.  
Actus coniugalis exercitus in gratia est meritorius: & an in ipso conferatur gratia ex opere operato? num. 3.  
Soluantur argumenta: & explicatur cap. vir cum propria. 33. q. 4. num. 4.

**P**æter nonnullos hæreticos, qui nuptias illicitas esse testati sunt: quos latè confutat Bellarminus lib. vnico de matrimonio, à cap. 1. vsq; ad 5. nō desunt ex Doctoribus catholicis, qui doceant actum coniugalem non posse absq; culpa saltem veniali exerceri. Quos tacito nomine refert. D. Bonauè. 4. d. 31. art. 2. q. 1. & eiusdem sententia fuit Hugo e. vir cum propria 33. q. 4. Ducuntur primò auctoritate. D. Gregorij responsione 10. ad interrogationes. D. Aug. & refertur eo cap. vir cum propria: ibi, Vir cum propria

coniuge dormiens, nisi lotus aqua, intrare Ecclesiam non debet: sed neq; lotus intrare statim debet. Nemo enim culpæ immunis ab Ecclesia ingressu arceri debet. Secundo, auctoritate Origenis homil. 6. in Numer. ubi negat in coitu vnquam Spiritum sanctum adesse. Tertio, quia Siricius Pontifex Epistola ad Himerium Taraconensem, verba illa ad Rom. 8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. ad eos, qui matrimonio copulant, accomodat. Quarto, quia in actu matrimonij interuenit turpitude, & immundities: vt ex illo 1. Regum. 21. Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus. Probat. D. Hieron. lib. 1. in Iouinianum: & constat ex illo Apocalyp. 21. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Quo loco coinquinatio vocat omnis actus, quo perit vitginitas: quam per actum matrimonij violari, dubitat nemo. Quinto, quia vtrens actu coniugali postponit bonum rationis, cuius actu tunc sua sponte se priuat, alijs bonis inferioribus: quod sanè peruersio quædam est debiti ordinis, ac proinde

culpa.

culpa. Sicut accideret in praesente bona fortuna, honori, ac vite. Tandem, quia in actu coniugali inuenitur effrenata delectatio appetitus sensitui: quod testatur verecundia ipsa, quam natura distate homo patitur in actu venereo.

Ceterum veritas Catholica est, actum conjugalem esse ex se licitum, posseque abique culpa exerceri. Quod constat primo, quia cum res, cuius per se usus, est malus, iniqua sit, si actus coniugalis, qui est per se matrimonij usus, malus esset, neque abique culpa exerceri posset, matrimonium ipsum iniquum esset. Quod manifesta haeresis est: cum sit institutum a Deo ad generis humani propagationem. Secundo, quia actus coniugalis reddendi debitum, est actus virtutis iustitiae, cum reddatur coniugi debitum ex pacto matrimoniali contractum, praeterquam in petente, quam in reddente, ordinatur ad propagandam sobolem ad cultum Dei, conservandamque speciem: ad quod ipsa naturalis ratio inclinatur. Insuper is actus sacramentali sanctitate gaudet, ex significatione coniunctionis Christi cum Ecclesia. Et quoniam aliqua detrimenta videatur afferre, etiam tamen compensantur bono fidei, prolis, ac sacramenti. Ut late explicuimus lib. 2. disp. 29. serè per totam: ergo actus coniugalis est bonus. Tandem, quia Deus optimus maximus protoparibus nostris actum conjugalem praecipit. Gen. 2. *Crescite, & multiplicamini.* blasphemum autem esset credere actum de se malum praecipere a Deo.

Hinc manifestè infertur, actum conjugalem in gratia exercitum, debitisque circumstantiis vestitum, esse meritum: pro ut in ceteris bonis actibus iusti contingit. Quod nullus sanè Theologus negat, nec negare potest. Quod si roges, an in ipso actu coniugali conferatur gratia sacramentalis ex opere operato? Dicere cõferri quidem ex opere operantis: in alijs actibus bonis: nõ autem ex opere operato. Cum non sit sacramentum, nec pars eius necessaria. Quare gratia sacramentalis confertur ex opere operato, dum Sacramentum ipsum matrimonij per verba de praesenti celebratur. Antiquius autem, cum matrimonia clandestina erant valida, dum sponsalia de futuro, tra-

hibant per copulam in matrimonium, dabatur gratia ex opere operato, in ea priori copula. Quia vicem formae sacramentalis gerebat: explicabat enim cõsensum de praesenti. Ita docet Bellarminus lib. v. n. 6. de matrimonio cap. 5. Cui addo, etiam hodie posse aliquando perficere matrimonium, quod prius per verba de futuro erat initum. Ut explicuimus lib. 3. disp. 40. n. 7. & tunc cõferre gratiam ex opere operato, tanquam formam perficientem sacramentum.

Ad argumenta num. 1. proposita respondetur. Ad primũ dic, non id dixisse D. Gregor. ob culpam aliquam quæ in ipso matrimonij actu inuenitur, sed ob decentiam quamdam, eò quod actus ille ineptus quodammodo reddat hominem ad spiritualia, & sancta pertractanda. Quod sanè verbis subsequentibus explicuit ibi, *Nec hac dicentes deparamus culpam esse coniugium: sed quia ipsa licita admissio coniugij, sine voluptate esse non potest.* Vel 2. dic, id accidere: quia quoniam sine culpa exerceri possit, ea tamen est humana fragilitas, ac propensio ad voluptates venereas, ut vitia venialis in eo actu delideretur. Ad secundũ dic, Origenis mentem esse, non quod omnino Spiritus sanctus in eo actu abstitit, sed quod nõ adit specialiter quoddam auxilio, sed generali, veluti ad reliqua bona opera iustorum naturalia. Ad tertium dic, non loqui de nuptijs iustis, sed de sacralibus celebratis per sacerdotes, qui voto solemnè ad continentiam ardentur. Ad quartũ respondeo, dici immunditiam, & coinquinationem, non moralem, quæ culpam constituit, sed naturalem: quia membris turpibus, & pudendis, sedoque motu exercetur. Ad quintũ dic, non esse debiti peruerfionem, si quis leue aliquod detrimentũ in bono potioris, & altiori subeat, ob inferiora bona, si tamen ea maximi momenti sint, quale est bonũ speciei, quod ex generatione consequitur. Sicut ob indidui conseruationem, iustè intermittuntur somni tempore actiones superioris rationis. Ad vltimum dic, illam effrenatam, & inrepsam appetitus sensitui delectationem, esse malum peccatũ ex originali labe promanans: minimè autem malum culpæ, quãdo limitis rationis non transgreditur.

## DISPUTATIO SECVNDA.

An actus coniugalis quoad petitionem, & redditionem debiti, sit sub praecipio?

SV M.

### SVMMARIVM.

**A**n vir & vxor sint pares in actu matrimoniali? num. 1.

An petere debitum, obliget aliquando? num. 2. & ibi, nemo tenetur vti iure suo, quod pro se introductum est.

Respondeo tenetur coniugi, siue expresse, siue tacite petat. num. 3.

An sit interpretatio vxoris petitiio, quando vir attendit eius conditione, vel aliunde percipit ipsam concubitus appetere? num. 4.

An sit idem dicendum de vxore respecta viri? num. 5.

An sit debiti redditio, obligetque, quando coniux sentit in altero coniuge etiam non petente, periculum incontinentiae: siue speret fore vti ipsi copula coniugalis subueniatur. siue id dubium sit. num. 6.

An hoc sit obligatio ex iustitia, vel tantum ex charitate? num. 7. ubi quid si alter coniux non appetat copulam conjugalem?

An ex natura matrimonij imponatur debitum, & obligatio reddendum? num. 8.

An sit culpa lethalis, negare debiti coniugij? num. 9.

An semper coniux animo obligatus petat, vacetque culpa negare coniugij debitum non eo animo petentium? num. 10.

An sit peccata materia rari negare debitum: vel non solum reddere, etiam si petens patiatur pollutionem inuoluntariam, vel morbum ex dilatione? num. 11.

Quando coniux est nimis in petendo, an sit culpa negare? num. 12.

Quid si coniux remissè petat, alterque precibus non importunè auertat? num. 13.

Quid quando coniux rari, & magna cum difficultate reddat? num. 14.

Quid si ex negatione debiti oriatur scandala, & discordia, licet coniux se excuset ratione Eucharistiam recipiendæ? num. 15.

Quid si alter inuest plurimum, altero se excusante? num. 16.

Rima conclusio sit. Cõiuges non sunt aequales in actu coniugali, nec in domestica dispensatione, si de aequalitate quantitatis loquamur:

sunt tamen in vtroque pares, loquendo de proportionis aequalitate. Cõclusio est D. Thomæ 4. d. 32. q. vnica, art. 3. corp. quem omnes sequuntur. Constat prior pars, quia in actu coniugali vir nobiliores partes agit, est enim agens, vxor verò patiens: in dispensatione etiã domestica vir est caput, gubernatque, mulier autem gubernatur. Posterior etiam pars constat: quia sunt pares in petendo, & reddendo debitum ut constat ex 1. ad Corinth. 7. vbi. D. Paulus equè dixit nec vi-

rum habere sui corporis potestatem, nec vxorem sui. Item, quia licet tenetur vir in actu coniugali, & domestica dispensatione ad ea, quæ viro propria sunt, ita vxor ad propria vxoris sua.

Secunda conclusio. Petitio debiti proprie loquendo de petitione, nõquã est sub praecipio: Dixi, proprie loquendo de petitione: quia (ut dicam num. 6.) aliquando altero coniuge nimis petente tenetur alter ob periculum incontinentiae prauenire: verum id non est proprie petere, sed quodammodo reddere. Conclusio est Ricardi 4. d. 32. art. 1. q. 2. & omnium. Probat, quia nullus tenetur vti iure suo, quod pro se tantum introductum est, sed potest illo cedere: ad apostolicam, de regular. c. si de terra, de priuilegijs. *Cum liberum sit vnicuique, suo iuri renuntiare.* Nec tenetur quisquã nondum exactus, id debitum creditori offerre, quod eius naturæ est, vt nõ debeat nisi exactus huiusmodi autè est debiti coniugale.

Tertia conclusio. Reddere tenetur coniux coniugi, siue expresse, siue tacite, seu interpretatiue petenti. Nil enim refert qualem voluntas exprimitur, verbis, factis, vel de quibus. ff. de legibus. Cõclusio est D. Thomæ 4. d. 32. q. vnica, art. 2. quæstiuicula 1. & a nemine negatur. Constat, quia reddere vnicique: quod suum est, lex iustitiae praecipit, at corpus viri est vxoris: & de cõtra teste. D. Paulo 1. ad Corinth. 7.

Conferatur autè vxor tacite, & interpretatiue petere debitum a viro, dum vir aliquibus signis percipit in ea voluntatem reddendi, & praepudore abstinere a petitione. Cũ enim mulieres verecundae sint, nec soleant verbis expressis petere, sufficiens signum est tacitæ petitionis. Ita docent D. Thomæ 4. d. 32. q. vnica, art. 2. quæstiuicula 1. corpore. Ricardi ibi, art. 1. q. 2. corp. & ad 1. Maioris 4. d. 31. q. vnica, concl. 2. & ibi Supplementũ Gabriëlis, q. vnica, art. 2. post 4. concl. & d. 32. q. vnica, art. 3. dub. 2. vbi Guillelm. Vorrihlog. q. vnica, art. 3. dub. 1. Hæricus. c. inquisitioni nu. 14. de sententia excom. Turres. c. sciatas 33. q. 2. art. 2. n. 4. Anthona quem refert, & sequitur. D. Anthon. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 7. Rosella verb. debiti nu. 5. vbi Ang. n. 16. Sylu. q. 8. T. abien. verb. impedimentum, impedimento 2. c. 3. Arm. verb. matrimonium n. 55. Viquer. lib. inflit. cap. 16. §. 7. vers. 10. Nauar. sum. c. 16. Hispanè. n. 25. Latine. n. 26. Ledesma 2. p. 4. q. 55. art. 1. ad fin. Anthon. Cucus lib. 5. inflit. maior. tit. 12. n. 21. Cordub. sum. q.

136.

136. p. 2. Angles florib. 1. p. de matrim. q. 9. de obligatione soluendi debitū, art. 1. diffic. 4. cōcl. 4. Palacios 4. d. 32. disp. 2. fol. 716. vers. neq; onerosus. Barth. à Ledesma. dub. 32. de matrim. 5. sed iam q. matrim. Petr. à Ledesma de matrim. q. 53. art. 1. dubio 1. quod mouet post 2. dubiū principale. Ludouic. Lopez 1. p. instr. c. 80. §. vt autem reliqua. Imò satis est hoc ex mulieris natua conditione nosse, cum scilicet vir attēta mulieris cōditione conijcit fore vt appetat copulā. Ita Anthona, D. Anton. Rosel. Sylu. Nauar. Ledes. Anton. Cucus. Ludouic. Lopez ibidem.

Dubitabis forsā, an idem dicendum sit de vxore erga virum? Cum enim quoad petitionē, & redditionem debiti pares sint, quā ratione dicitur teneri virum reddere vxori in prædicto casu, & eam esse tacitam petitionem vxoris; censendum erit idem de vxore respectu viri. Sed dic regulariter licitū esse vxori expectare petitionem expressam viri non quia non pares sint, sed quia cum viros minimè pudeat verbis expressis debitum exigere, dum id appetit, meritò, ac iure optimo potest mulier præsumere, sibiq; persuadere viros expressè non petentes, nequaquā velle, & signa illa quæ in mulieribus natura verecundis, tacitam & interpretatiuā voluntatem indicant, in ipsi viris minimè indicare. Ita docet Sotus 4. d. 32. q. vnic. art. 2. vers. at vero duplex. Palacios ea. d. 32. disp. 1. fol. 703. vers. scito tamen. & non esse simile in vxore docent etiam Astenfis sum. p. 2. lib. 8. tit. 10. art. 1. q. 6. Ioan. de Trifulgo summa confessorū, lib. 4. tit. 2. q. 40. Idemq; clarè significant D. Thom. 4. d. 32. q. vnic. art. 3. ad 2. & ibi Palud. 1. art. 1. nu. 4. Henricus c. inquisitioni nu. 14. de sentent. excom. Sylu. verb. debitum. q. 8. Tabiena matrimonii 3. q. 4. §. 5. vbi aiunt ratione erubescētiae, quæ cōmūner inuenitur in fœminis, non autem in viris, nō ita teneri vxorem reddere viro expressè petenti, sicut cōtra. Si tamen daretur idē pudor exigēdi debitū, aut timor in viro, idem profus dicēdū esset, nempe teneri vxorem ipsi reddere, quando nosset eius voluntatē petendi, & præ pudore, aut ob pusillanimitatem, aut ob insignē vxoris auctoritatem, aut asperam conditionem, minimè petere. Quia eadem militat ratio, cum sint coniuges in actus cōiugalis obligatione pares. Quod non obscurè indicat omnes aures citati, qui ferè omnes docent non absolutè non teneri vxorem red-

dere debitum viro interpretatiue petenti, sed non ita teneri, sicut virū vxori: & qui absolutè docēt non teneri, eo fundamētō innitūtur, quòd is pudor exigēdi non fit in viris; quare contrariū dicerent existēte eodem pudore. Et ita in prioris terminis docent D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 7. Sylu. matrim. 7. q. 4. di. 10. Nauar. sum. c. 16. Hispan. n. 25. Latine n. 26. Manuel. 1. tom. sum. in 2. editione c. 243. nu. 8. Ludou. Lopez 1. p. instr. c. 80. §. id ipsum. Quia tamē hoc rarissimè accidit, regulariter non tenet vxor reddere viro nō expressè petenti, nisi euidenter ipsi cōstare de prædicto timore, ac pudore viri ad debitū exigēdum.

Adde dicitis, tēpus quo tenetur alteruter cōiux alterutri reddere debitū, nō tantum esse, quādo exigitur, sed etiā quādo ex aliquibus signis in ipso conijcit incōtinentiæ periculū. Probatur 1. quia hoc est reddere moraliter, quāuis metaphysicè sit peteres, sicut dum aliquis inimicū, qui habet ipsum inclusum ad eum occidendū, præuenit ipsum interficiens, metaphysicè est aggressio, moraliter autem defensio. Secūdo, quia matrimonii post naturæ lapsum institūtū est in concupiscentiæ remediū: ergo vbi alter hoc remediū indiget, licet nō petat, tenetur cōiux alter offerre: sicut medicus ægroto, cui medetur, tenetur adhibere medicinā, quā ei salutem fore sperat, quāuis non petat. Tertio, quia ad bonū fidei spectat non tantum reddere debitum, sed etiā abstinere ab alio concubitu: ergo vbi periculū est incōtinentiæ in altero, ad fidelitatem quā sibi mutuo coniuges debent, pertinet subuenire petendo debitū, vt vel licet ardor & illa praua libido impellens illū ad illicitam venerem, frigeat. Tandem, quia quicumq; proximus tenetur lege saltē charitatis opē ferre proximo, periculo ruinae spiritualis exposito, si commode potest: nedū ipsimet coniuges, qui tam ardō amoris, & amicitia vinculo astricti sunt, tenentur sibi mutuo subuenire, dum patiūtur idem periculum, cum cōmodè possint offerendo debitum coniugale. Ita tenent D. Thom. 4. d. 32. q. vnic. art. 2. quæstiuicula 1. ad 1. Præpositus c. rursus nu. 6. initio, qui clericū, vel vouent. Supplementū Gabrielis 4. d. 31. q. vnic. art. 2. post 4. conclusionē, & d. 32. q. vnic. art. 3. dub. 2. Astenfis sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. art. 1. q. 5. Turrec. c. sciat 33. q. 4. artic. 2. ad 1. Adrian. 4. materia de Eucharisti. q. restat iam videre, an propter immūditiam, in solutione ad 1. rationem.

Sotus 4. d. 31. q. vnic. art. 4. cōcl. 1. fine: & d. 32. q. vnic. art. 2. paulo post principium. Petrus de Soto le. 1. 4. de matrim. ad finē. Angles floribus 1. p. de matr. q. 6. de obligatione soluēdi debitū, art. 1. diffic. 4. cōcl. 4. Margarita cōfessorū 6. præcepto fol. 88. Vivaldus cadelabro 1. p. de matrim. nu. 257. Palacios 4. d. 32. disp. 1. fol. 703. vers. scito tamen: & fol. 707. vers. scēdū est, & disp. 2. fol. 716. veritatem casus. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 9. & lib. 12. c. 2. nu. 9. Petrus de Ledes. de matrim. q. 49. art. 5. dub. 2. cōcl. 2. Et omnes hi Doctores manifestè loquūtur, quāuis coniux incōtinentiæ periculo expositus, nullo sine petat: rōc enim quāuis nullum esset incōtinentiæ periculum, tenetur alter reddere, atq; ita nil tribuerent huic periculo. Quod expressè dixerit Sotus 4. d. 31. q. vnic. art. 4. cōcl. 1. fine, & Palac. 4. d. 32. disp. 1. fol. 703. vers. cito tamen, dicentes non opus esse in eo periculo virū formaliter petere, sed factis esse si vxor periculum eius norit. Tunc enim interpretari debet illum exigere. Et aduertere in hoc euentu, eodem modo loquī Sotū, & Palacios de viro respectu vxoris, ac de vxore respectu viri: licet secluso incōtinentiæ periculo, diuersum sit, quādo vir nō expressè petit vt dixi nu. præcedēti. Et meritò in hoc casu idem sentiendū est. Quia hæc obligatio reddēdi nō confurgit ex signo aliquo, quo tacitè significetur petitio, non aliter expresso propter erubescētiam: tunc enim cum similis erubescētiam non sit in viro, ac est in mulieribus, diuersum in illis cōsēdum est: sed oritur ex periculo incōtinentiæ, cui alter coniux ob matrimonii fidem, & institutionem, tenet occurrere offerendo debitū coniugale: id autem periculum æquale est in vtroq; cōiuge. Id tamen libenter fatebor vxorē verecundā quam valde puderet, dedecereq; expressè petere, non teneri in hoc euentu ad id, sed solis signis, quibus vxores petere solent, vt, & se viris offerre. Intellige autē teneri coniuges sibi mutuo reddere existentē hoc incōtinentiæ periculo, vbi spes esset fore vt tali copula cessaret periculū. Cum enim obligatio hæc non cōfurgat ex vera alterius cōiugis petitione, sed ex interpretatiua, & præsumpta, qua vult sibi mederi, matrimonio in concupiscentiæ remediū instituto, & ex obligatione debita ratione fidei matrimonii ad præseruandū alterū ad ruina carnis, vbi spes abesset cessationis eius ruinae, & vitiationis periculi, cessaret vtiq; ta-

lis obligatio. Atq; ita Palacios 4. d. 32. disp. 1. fol. 707. col. 1. vers. secundū est, Angles, & Petrus de Ledesma proximè citati explerunt hanc obligationem tunc confurgere, quando contux petens probabiliter crederet fore vt petendo vitaret in altero periculum incōtinentiæ. In dubio autem an proderit, nec ne, credo eadem petendi adesse obligationem. Quia quāuis iudice sit, an præceptū correctionis fraternæ obliget vbi dubia est spes emendæ: at in hoc euentu nō solū obligat lex charitatis ad quæ præceptum correctionis originem ducit: sed aequaliter lex etiā iustitiæ, vt dicemus num. sequenti. Præterea, quia hæc petitio nullatenus nocere potest, & prodest plurimū, quia ardorem libidinis saltem temperat, si non profus extinguit.

Vtrum autem obligatio reddēdi debitū coniugi, quādo nec verbis, nec signis petit, sed incōtinentiæ periculum patitur, cui copula cōiugali subuenitur, non facile est iudicare. Et quidē rationes adducte nu. præcedenti obligationem hanc esse iustitiæ manifestè persuadent: sunt enim ex ipsa matrimonij institutione petiæ, probantq; eam verè esse redditionem: atq; ita Petrus Soto ibi citatus dicit esse verā redditionem debiti. Præterea, quia omnes fatentur licitum esse accessum ad coniugem gratia vitandi adulterij in illos cum tamen multi negēt licere ad vitandum in seipso: ducunturq; eò quòd ad vitandū in altero adulterij sit actus iustitiæ, & quædam redditiō. Vt dicemus hoc lib. 1. o. disp. 9. nu. 1. Tandem, quia voto castitatis coniux astrictus quāuis petere minimè possit, at id potest vbi in altero coniuge sentit incōtinentiæ periculum: vt dicemus hoc lib. disp. 7. num. 4. quia id non est verè petere, sed reddere. Et in proprijs terminis hanc esse obligationem iustitiæ docet Petr. de Ledes. de matrim. q. 49. art. 5. dub. 2. cōcl. 2. & aperte colligitur ex Doctoribus nu. præcedenti allegatis. Credo tamē non esse verè, & propriè obligationem ex lege iustitiæ, sed ex lege caritatis, & aliquo modo large loquēdo esse obligationē ex iustitiā, prout reddere respicit bonū fidei, ad quē etiā pertinet vt neuter cōiux aliā copulam requirat. Et ita expressè docet Palud. 4. d. 31. art. 3. nu. 14. quod non obscurè significauit Sotus 4. d. 32. q. vnic. art. 2. paulo post principiu appellans hanc non simpliciter, & absolutè, sed quodammodo redditionem. Idemq; docet Durand. 4. d. 31. q. 4. nu. 6. vbi dicit non

esse debiti redditionem, accessum ad coniugem nec verbis, nec signis petentem, gratia vitæ ad in ipso fornicationis. Nec rationes opposite probant amplius, quàm obligationem hanc non esse ex solo charitatis debito, sed aliquo modo saltem largè spectare ad iustitiam, & esse tunc quodammodo reddere. Ducor ad hoc asserendū. Quia ubi est vera iustitiæ obligatio ad reddendū alicui, quod suū est, nil refert sit illi profuturū, nec ne: quare dum coniux expressè, vel tacitè petit, reddendum est ei semper, esto illi non prosit ad motus carnis sedandus: at in hoc euentu nulla est obligatio cessante spe profectus: vt dixi nu. præcedenti: ergo ea obligatio non est verè, & propriè ex iustitia. Insuper, quia obligatio reddendi est vera lege iustitiæ oris ex voluntate verbis aut signis explicita alterius coniugis petentis rem suam: at in hoc casu (vt supponimus) nec verbis, nec signis petit, imò tenetur alter illi copulam cõiugalem offerre, quantum norit suū coniugem illam non appetere, sed alienam, si tamen credat fore vt vel sic illum appetitum venereum extinguat: ergo hæc obligatio non oritur ex vera iustitiæ lege.

Quarta conclusio. Ius ad petendū, obligatioq; ad reddendū debitū, sunt passionēs quæ necessariò sequuntur ex natura ipsa matrimonij, seu vinculi coniugalis. Cõstat ex dictis lib. 5. disp. 10. an. 1. vsq; ad 5. ubi probauimus non posse validè iniri matrimonium, si in partu deducatur ne liceat coniugibus petere, aut ne teneatur reddere. Præterea, quia vinculum coniugale suapte natura extendit, vt proles generetur, speciesq; conseruetur, quod obtineri nequit absq; iure petendi, & obligatione reddendi. Sicut enim in executione minimè potest esse proles absq; actuali copula, ita neq; in vinculo coniugali potest esse ordo officax ad talè generationè, sine iure petendi, obligationeq; reddendi. Insuper, quia matrimonij transfert dominij mutuū corporū cõiugū, ex domino autè cõsurgit ius vtendi re sua, & obligatio ipsam reddendi domino petendi. Tandem idem constat ex secundo matrimonij fine. Cū enim sit in cõeupiscentiæ remediū, inefficax, & minis sufficiens esset, absq; iure petendi, obligationeq; reddendi. Et idè conclusio hæc à nemine negatur. Semel tamen constituto matrim. possunt ius hoc, & obligatio cessare: vt si mutuo cõsensu voueant coniuges castitatem: vel si contrahant affinitatem. Quia solum in-

ri, non autem in conseruari ab his passionibus matrimonium pendet.

Vltima conclusio sit. Coniuges tenentur sub culpa lethali sibi mutuo reddere debitū, siue alteruter expressè, siue tacitè, & interpretatiue petat. Cõclusio est omnimoda, & constat, quia obligatio hæc est ex iustitiæ lege, vt probauimus nu. 3. nec materia est leuis.

Est autem accipienda conclusio, regulariter. Nā non semper cõiux ita exactè petit debitum, vt protinus velit obligare ad culpam lethalem, sed sæpe alliciendū, & mouendū, & non tāquā debitū ex iustitiæ, sed tanquam amicitie, quoddā coniugale symbolum: & tunc non est mortale negare debitū. Quia cū solum solū debeatur ob alterius coniugis petitionem, ubi hæc non est tanquā debita ex iustitiæ, cessat iniustitiæ crimen, & subinde culpa lethalis. Ita Sotus 4. d. 32. q. vnica, ar. 1. post cõcl. ubi Palac. disp. 1. fol. 703. vers. ceterum. Barthol. à Ledef. dub. 71. de matrim. paulò post principij. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 15. n. 7. sine. Manuel 1. tom. sum. 2. editione c. 243. n. 1. Ludou. Lopez 1. p. instr. c. 80. in principio. Capua 1. p. de eis lib. 2. c. 83. n. 1. Emman. Sa sum. verb. debitū coniugale. §. penultimo. Crebro etiā nec veniale esset, ite negare. Quia in alijs humanis debitis ita cõtingit: creditor enim pecuniā sibi debita non semper ea tenacitate, & rigore petit, vt sit peccatū non reddere. Sic Sotus, Palac. Barth. à Ledef. Capua ibidè. Hæc autem intellige, nisi sit periculū incontinentiæ in cõiuge petente. Tūc enim esset mortale negare ratione periculi p̄babilis ruinæ, cui ex fide matrimonij tenebatur alter subuenire. Vt diximus num. 6. Sic Emmanuel Sa ibidem.

Et sicut in alijs præceptis etiam iustitiæ datur paritas materiæ, quæ à culpa lethali excuset: ita etiam in hoc. Vt si coniux exigenti neget rarò debitū, absq; periculo incontinentiæ exigentis. v. g. solet vir petere quater in mēse, & petat iterū, non erit mortale vxorem ea quinta vice negare sine periculo incontinentiæ: leuis enim res censetur, semel, vel iterū negare, vt sit culpa lethalis. Sic Ledef. 2. p. 4. q. 66. art. 1. dub. 2. Similiter leuis materia censetur, quādo nō statim redditur debitū, sed per aliquod breue tēpus differtur, cessante incontinentiæ periculo in petente. Sic Victoria sum. de matrim. n. 275. Ledef. ma eodem dub. 2. qui benè exemplificat, vt si coniux neget manè debitū, redditurus nocte. Si autem coniux exigens pateretur pollutionem in-

uolun-

uoluntariam, vel incidet in morbum, nisi statim sibi debitū redderetur: videt res grauis, culpamq; lethale cõstituentem, non statim reddere. Sic Viualdus candelabro 1. p. de matrim. nu. 257. Verū de morbo, id fateor, quādo is esset alicuius momēti. De periculo autè pollutionis inuoluntariæ, ubi abesset cõsensu periculū (quod accideret, quādo ea esset in somnis, & aliquādo etiā in vigilia, sed hoc rarò, ob vehementè delectationē, & carnis fragilitatē) id non admitto. Quia (vt dice mus hoc lib. 9. disp. 45. n. 15.) nō tāta est obligatio vitæ pollutione inuoluntariæ, ubi non procuratur, nec datur causa moralis ipsius.

Insuper quando cõiux nimis esset in petendo, rationiq; limites excederet, nō semper teneretur alter reddere, sed moderatè. Quia in omnibus rebus debet modus adhiberi: & in hac maximè. Quia vir reddendo debitū, sit in dies impotētiors: sperma enim amplius emissum defecit, facitq; homines citò senescere: authore Aristotele de lōgitudine, & breuitate vitæ. c. fin. Quāuis in femina minus periculum sit. Ita docent Sotus 4. ad 32. q. vnica, art. 1. post 2. concl. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 15. n. 7. sin. Lud. Lop. 1. p. instr. c. 80. paulò post principij. Manuel 1. tom. sum. 2. editione c. 243. n. 1. Capua 1. p. de eis lib. 2. c. 83. n. 4. Emman. Sa sum. verb. debitū coniugale. §. penultimo. Qui bene hoc tēperat, cū Lud. Lopez eo c. 80. §. igitur resolutorie, nisi petēt periculū incontinentiæ immineret. Quod adhuc intelligendū puto, nisi ex tali frequentia damna notabile salutis corporæ reddenti immineret: in eo enim euentu aliter esset consulendū periculo illi incontinentiæ. Vt dicemus hoc lib. 9. disp. 24. n. 2. ubi dicemus cum hoc damno, licitū esse, sed non obligatorium, reddere. Et ibi num. 6. dicam quando sit mortalis hæc frequentia.

Præterea, quando cõiux remissè petit debitū, vel rogatus cedit facillè iure suo, nō est mortale negare. Constat in alijs debitis ciuilibus, quæ remissè perita, aut facillè a credito re cõcessa dilatione, non est lethale crimen denegare. Sic Angles forib. 1. p. de matr. q. 6. de obligatione soluendi debitū, art. 1. intro. cõcl. 3. Lud. Lop. 1. p. instr. c. 80. paulò principij. Casedo sum. sacram. de matr. c. 8.

n. 72. Et nō esse mortale, quando coniux petens solis precibus avertitur: ultra prædictos authores docent etiā Syll. verb. debitū. q. 8. Nauar. statim allegandus. Margarita confess. 6. præcepto fol. 88. Capua. p. 1. de eis lib. 2. 83. n. 1. Philiar. de officio sacerdotis. tom. 1. p. 2. lib. 4. cap. 16. paulò post principij. Non debet autè coniux petens averti, nisi ex iusta causa, propter periculū incontinentiæ, nec precibus debent esse valde importunè: ne inuoluntariè, & quasi coactè cedat. Ita D. Tho. 4. d. 32. q. vnica, art. 1. quæstio scilicet 1. ad 4. Allenf. sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. art. 1. q. 7. Ioan. de Trifolgo sum. cõfess. lib. 4. tit. 2. q. 41. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 7. Syll. Margarita, Philiar. proximè citati. Tabiena matr. 3. q. 4. §. 5. Turrec. c. fecit. 33. q. 4. ar. 4. nu. 7. Nauar. sum. c. 16. Hispanè n. 2. q. Latine nu. 25. Lud. Lop. 1. p. instr. c. 79. §. peccat etiā. Capua d. c. 83. n. 1.

Est autè lethale scelus, rarissimè, & magna cū difficultate reddere. Quia notabiliter coniuges debito coniugali defraudarentur, sæpeq; incontinentiæ periculū paterentur, nec ob magnam alterius difficultatem, audent petere. Ita Sotus, Bartholom. à Ledef. Manuel ubi nu. 1. eos allegauit. Capua. p. 1. de eis lib. 2. c. 83. n. 7. Lud. Lop. 1. p. instr. c. 80. §. igitur resolutorie.

Pariter esset mortale negare debitū, quando iusta, sufficiensq; causa denegandi abesset, & inde coniux petens scandalizaretur, graueq; discordia oriretur. Sic D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 7. Rosella verb. debitū nu. 5. & ibi Ang. nu. 17. Ludouic. Lop. 1. p. instr. c. 80. §. igitur resolutorie. Adhuc bene D. Ant. & Rosel. minimè excusari tunc coniugem negantem debitū, eò quod dies solemnus sit, aut Eucharistiam sit recepturus: quāuis laudabile sit precibus nō importunis hæc occasione auertere.

Tandem si coniuge se excusante, quando causa nō excusaret profus à redditione debiti, (de quibus causis excusantibus constabit in disputationibus sequentibus) alter cõiux valde instaret petens, esset mortale non reddere. Quia iniuste negatur sibi debitum ita instanter exactum. Sic D. Ant. 3. p. tit. 1. cap. 20. §. 7. Viualdus candelabro, 1. p. de matrimonio num. 257.

## DISPUTATIO TERTIA.

An peccet lethaliter coniux se impotentem reddens ad debitum coniugale persoluendum.

## SUMMARIVM.

R. Effertur quadam opinio num. 1. Et ibi, non peccat coniux se reddens impotentem ex

causa copulæ præcedentis. Peccat mortaliter se reddens impotentem me ijs illicitis. num. 2.

Vir crebro accedens ad feminas. vel se polluens, ultra peccatum adulterij, tenetur sateri se reddere impotentem. immo. 3.

Quid, si medij licitis se reddat impotentem: ut abstinentiam. 4.

Quid, si abstinentia sint moderata, licet illi reddatur minus potestas & ibi, an sine consensu uxori abstinentia, quibus de formior reddatur? An teneatur vir viri calidus, & medij aliquibus, quo potentior reddatur? num. 5.

An vir possit immoderata abstinentia vouere absque uxoris consensu: & pater sint in hoc coniuges, ne neuter possit vouere abstinentiam? nu. 7.

An votum magne abstinentie impediens debitorum redditionem, aut lege peregrinationis viri, sit ipso iure irritum: vel valeat, donec irritetur? nu. 8. & ibi, remissive, an vxor possit irritare? An possit alter sine alterius coniugii licentia habitum mutare? num. 9.

An vir excusetur a ieiunio obligatorio, si reddatur impotens ad debitu, vel minus potens: vel ut fiat potior vel si accideret casus, quo esset periculosa incontinentia, nisi statim reddatur, & ad id est necessarium soluere ieiunium? nu. 10.

An ne vxor reddatur deformis, virosque displiceat, possit ieiunium soluere? num. 11.

An mulier, que nubere optat, possit soluere ieiunium, quo deformis reddatur? num. 12.

An vxor excusetur a precepto ieiunij, si vir ei precepti ne ieiunet? num. 13.

Atis obscure in hac re locutus est D. Th. 4. d. 32. q. vnica, art. 1. ad 3. vbi tria dicit. Primum dicit, si ex copula precedenti cum vxore, vir reddatur impotens ad iterum soluendum, vxor non habetius petendi. Et hoc quidem manifestum est. Quia impossibilitas nulla est obligatio. Regula impossibilitatis. ff. de regulis iuris. Qua ratione idem absque debito dicendum est, etiam si ex causa illicita consurgat illa impotentia: potuit enim vir peccare reddendo se impotentem, at vbi impotens effectus est, immunis est culpa non reddens. Secundum dicit, si ex alia causa fiat impotens, & illa est licita non tenetur reddere, nec vxorius petendi habet. Idem docent Henricus c. discretionem. n. 3. de eo, qui duxit consanguineam. Athesius 2. p. sum. lib. 8. tit. 10. art. 1. q. 3. Taberna matrum. 3. q. 4. 5. Turrecr. c. sciatis 33. q. 4. art. 1. n. 2. Viguierus lib. inst. c. 16. §. 7. ver. 10. Bart. a Ledef. de matrim. dub. 7. 1. concl. 2. Quod si vt sonat, intelligatur, manifestum est. Quare credo D. Th. & sequaces velle dicere minimè delinquere virum ea causa reddendo se impotentem. Quia de culpa erat sermo: & constat, quia in mediata dicitur peccare, quoad causa est illicita. Tertio dicit, si causa impotentie est illicita, reus est culpa vir sic se red-

des impotentem. Idem docent Athesius, Henri. Taberna. Turrecr. Viguier. proxime citati. Io. de Triful. sum. confess. lib. 4. tit. 2. q. 36. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 10. Sor. 4. d. 32. q. vnica, art. 1. sine. Non tamen explicant sit ea culpa lethalis nec ne.

Sit tñ prima conclusio. Coniux sciens se reddens se impotentem medijs illicitis ad debitum coniugale perfoluendum, lethaliter peccat. Quia eadem iustitie lex finem precipiens redditionis debiti, obligat subinde ne quis medijs illicitis se reddat impotentem: sicut reus esset culpa mortalis sciens se facies impotentem ad alia debita ciuilia soluenda. Sic videtur sentire D. Thom. & reliqui citati n. 2. vbi Ang. n. 6. Sylu. q. 1. ver. prima est. Alexand. in suo enchirid. 2. p. tract. de 6. precepto, ad fin. §. si vir modo illicito. Capua n. p. decif. lib. 2. c. 83. n. 2. Bart. a Ledef. de matr. dub. 7. 1. concl. 2. Casado sum. Sacram. de matr. c. 8. nu. 7. 1.

Hinc inferi, viri crebro se polluentis, aut ad alias feminas accedente, si aduertat se inde reddi notabiliter impotentem ad satisfaciendum moderatè vxori, ultra crimè pollutionis, aut adulterij, admittere peculiare culpam aliam aduersus legem iustitie, qua tenetur aptum se debito coniugali reddendo præferuere. Costat ex dictis n. preced. Quia medio illicito se impotentem reddit. Quare circumstantia hæc detegenda est in confessione.

Secunda conclusio. Quauis media quibus coniux efficitur notabiliter impotens, sint alijs licita, vt si sint immoderata ieiunia, aut vigilijs indisereta, si id aduertat, peccat. Costat ex eadem ratione. Insuper, quia quando aliquid prohibetur, interdicitur similiter omnino id per quod peruenitur ad illud. 1. oratio ff. de spoliis. Cui ergo viro prohibeat debiti negatio, similiter interdicitur nimius excessus in vigilijs, & abstinentijs, per quæ vir cogitur debitu negare. Sic docent Palud. 4. d. 32. q. 1. art. 2. n. 8. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 10. Ricar. Rosel. Ang. allegati n. 2. & eum materia sit grauis, ad iustitiamque pertinet, hæc culpa, lethalis erit. Vt bene docet Abul. c. 6. Mar. q. 149. Syl. Capua, Cañed. eo. n. 2. relati.

Tertia conclusio. Coniux se extenuans, & debilitans absque fraude, & bona fide, medijs honestis, vt seruans Ecclesie ieiunia, & alia moderata ex deuotione, impedensoque moderatè tempus honestis studijs, vcat culpa. Quia sic non efficitur impotens, sed minus potens, nec tenet eum spirituali iactura ad spiritualibus operibus abstinerere, vt se potiorè, & robu-

stioerem

stioerem cõseruet: sicut nec tenetur desistere ob eam causam, à ceteris corporalibus exercitijs. Ita D. Th. & reliqui, quos retuli n. 1. di. 1. vt ibi eos explicui. Ricar. 4. d. 32. art. 1. q. 1. ad 1. Supplem. Gabr. ea. d. 32. q. vnica, art. 3. dub. 1. & ibi Sotus. q. vnica, art. 1. fin. Trifulgo sum. confess. lib. 4. tit. 2. q. 36. Rosella verb. debitu n. 2. vbi Ang. n. 6. Sylu. q. 1. ver. prima est. Alexand. in suo enchirid. 2. p. tract. de 6. precepto, ad fin. §. secus si per ieiunia. Quando autem abstinentia, & vigilijs censeantur limites prudentia excedere, atque immoderata esse, pensandum est attenda viri conditione, alij enim alijs robustiores sunt: & attenda vxoris conditione: quædam enim parca sunt, aliæ vero vnerem frequenter appetit. Denique id pro regula seruandū est, vt per eas vires cõseruet, non extenuans eas abstinentijs, & vigilijs, quibus indiget ad moderatè reddendum vxori, attenda eius conditione, & ne ea incontinetia periculo exponat. Similiter etiã non licet vxoribus ita se abstinetijs, & vigilijs dedere, vt de formes, ac vires exortæ reddantur. Quia ipsis ansam præbet turpes alios amores querendi. Sic Sotus ibi. Quare meritò D. Ant. Sylu. Capua nu. 4. allegati. Arm. verb. debitu n. 2. docent eas abstinentias minimè vxoribus consulendas esse.

Quarta conclusio. Non tenetur maritus viri calidus vt potes ad copulam efficiatur, sed suez obligationi satis facit, si se impotentem minimè reddat. Quia lex matrimonij tantū ipsū alstringit, vt moderatè attentis suis viribus reddat, & ne huic obligationi obstraculo sit, nimijs vigilijs, & abstinetijs: non ergo tenetur medijs aliquibus vt vt potentior efficiatur. Ita sentit Palud. 4. d. 32. q. 1. art. 2. n. 8. D. Anton. Sylu. Capua n. 4. allegati. Taberna matr. 3. q. 4. §. 5. Viguier. lib. instit. cap. 16. §. 7. ver. 10. Hoc tñ intelligi verū, si de iustitie rigore, & lege loquimur: aliquando enim lege charitatis ad id tenebitur vir: nepe dū sine corpore salutis notabili detrimento id potest efficere, & vxor graue incontinetia periculum patitur, nisi frequentius sibi coniugali copula subueniatur. Lex enim charitatis quoscūque obligat, nedū coniuges ad cõsulendum necessitatè spirituali proximi, vbi comode, & absque notabili proprio periculo subueniri potest.

Ex dictis inferitur virū absque vxoris consensu minimè vouere posse abstinentias, vigilijs, preces, quæ debito coniugali moderatè reddendo obstitit: sicut nec vxor inconsulto viro eadè promittere potest. Quia neuter coniux potestare sui corporis habet quoad debitu coniugale perfoluendum. Ita docet Glossa. c. manifestū, verb. nisi author 32. q. 4. vbi Ar-

chid. n. vnico. Turrecr. n. 1. Hof. sum. tit. de voto. §. quis vouere possit. n. 8. Innoc. c. scripturæ, ad finem. de voto: vbi Ioan. And. n. 4. Anton. nu. 4. sine. Card. q. 14. Anchar. n. 33. Abbas nu. 8. Hæricus num. 6. Palud. 4. d. 32. q. 3. art. 1. cõcl. 6. n. 10. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 22. initio. Abul. c. 5. Matth. q. 149. lex 8. tit. 8. p. 1. Greg. Lop. l. 3. eod. tit. 3. eo tit. verb. Elmarido, & verb. Nin la mger. Rosella votū 2. n. 3. Ang. votū 2. n. 8. Sylu. votum 5. q. 1. Naur. sum. c. 12. n. 61. Stunica q. 3. de voto. n. 32. Philarcus de officio Sacerdot. to. 1. p. 2. lib. 3. c. 18. §. 11. Manuel 2. tom. sum. c. 90. n. 9. Quauis autè aliqui ex his Doctoribus, vt Innoc. Card. Anton. Anchar. Ang. Sylu. Nauarr. cõserere videatur pares in hoc esse virū, & vxorè: dicit enim neutrum sine alterius consensu vouere posse abstinentias huiusmodi: imò id clarè docent Ang. Sylu. & Naur. At multò verius est non esse omninò pares: patificatur quippe in hoc, quod debitor cõterro inuito potest in preiudicium debiti cõiugalis aliquid vouere: eo quod quantum ad debitu coniugale sunt æquales. Quia tñ vir esse caput mulieris, ad Corint. 1. 1. & c. cū caput 33. q. 5. potest iri inconsulta, & renitente vxore, ea vota abstinentie emittere, quæ debito cõiugali perfoluendo minimè nocerè: vxor autè tãquã subdita nullū abstinentie votū potest dissentire viro facere. Quod bene docet Glossa. c. manifestū, verb. nisi author. & ibi Gratian. verb. expræmissis. Arcid. nu. vnico. Hof. sum. tit. de voto. §. quis vouere possit n. 8. ver. vxor etiã. Abb. c. charissimus. n. 4. de conuers. cõiug. & c. scripturæ. n. 8. de voto: vbi Hæric. n. 6. Palud. 4. d. 32. q. 3. art. 1. cõcl. 6. n. 10. Rosella votū 2. n. 8. & 10. Abul. c. 30. Num. q. 84. Greg. Lop. l. 3. verb. Nin la mger. tit. 8. p. 1. Quod amplius cõstat ex ijs quæ dicemus hoc lib. disp. 39. n. 4. vbi probabim⁹ virū posse irritare omnia vxoris præiura vota: cum tñ tantū abbit vt vxor id possit, vt sub iudice sit an possit aliquid irritare.

Rogabis autè, vt vta vota abstinentie aut longæ peregrinationis cõiugij, sint ipso iure irrita: an potius valida donec irritentur. Sotus lib. 7. de iust. q. 3. art. 1. ver. an verò possit. Manuel 2. tom. sum. c. 90. n. 7. sentit votū longæ peregrinationis emillum à viro absque legitima causa, esse irritū, ac proinde nulla irritatione indigere: additque Sotus culpam admittit virū sic vouente. Et potest probari, quia vouet se sibi prohibet, & in alterius cõiugis præiudicium: vt si voueret se minimè delinquitur debitu. Quare iuxta hos auctores id eadem ratione sentiendum est de voto magne abstinentie, in præiudicium debiti cõiugalis.

Verū non placet, sed dicendū est id votum validū esse, minimē tñ impleri posse, donec manifestatū vxori, ipsa approbet: quare nec vir absolutē vouens peccabit, nisi expressē intenderet se obligare contra vxoris voluntatē: tñ enim peccaret, & votū esset irritū.

Probat, quia similis est ratio de hoc voto, ac de illo, quo religiosus se obligat ad rem sibi prohibitā, quā absq; superioris beneplacito exequi nequit: quale esset votū peregrināticiū enim peccaret, & votū esset irritū. Probat, quia similis est ratio de hoc voto, ac de illo, quo religiosus se obligat ad rem sibi prohibitā, quā absq; superioris beneplacito exequi nequit: quale esset votū peregrināticiū enim peccaret, & votū esset irritū. Probat, quia similis est ratio de hoc voto, ac de illo, quo religiosus se obligat ad rem sibi prohibitā, quā absq; superioris beneplacito exequi nequit: quale esset votū peregrināticiū enim peccaret, & votū esset irritū.

Secundū inferi neutri cōiugi absq; alterius cōsensu licere habitū mutare: v.g. indui vestibus tertij ordinis D. Præcisit. Quia horrorem generat, ac subinde obligationi reddēdū debitu nocet. Itē Rosel. votū 2. n. 9. Sylu. votū 5. q. 1. sine. Nauar. sum. c. 12. n. 62. Quare

nec licebit viro vestibus eremitæ indui, absq; vxoris cōsensu: nec similiter vxori vestibus mulierū, quas vulgo beatas appellamus, quas vestes huiusmodi coniugatos dedecet, horrosq; in altero coniuge causa funt.

Tertio inferitur excusari à ieiunio Ecclesiæ cōiugem, qui alteri vxori suę reddere debitū non potest. Quia sicut ieiunium non impedit opera necessitatis, & subinde non obligat eū, qui ieiunādo mun<sup>9</sup> suū obire nequit: ita nec opus obligationis, quod est hoc, tñ vel maximē q̄ non reddere, est in præiudiciū tertij. Insuper, quia cū duo concurrat præcepta incompatibilia, alterum, humanū abstinentiæ, alterū verò, naturale diuini, ut iustitię, pertinens, reddendi debitū: hoc tanquā fortius prævalere debet. Ita docet Cai. sum. verb. ieiunium. c. 3. de personis, quas obligat ieiunium §. excusantur infirmi, ad finem & ibi Arnallia n. 4. Medina. c. de ieiunio q. de his qui ad ieiunia tenentur, in 1. causa excusante, vers. ad hanc causā. Nauar. sum. c. 21. Hispanie. n. 17. La tinē. n. 16. Ledef. 2. p. 4. q. 17. ar. 3. fo. 2. col. 2. §. præterea in hoc art. Angles florib. 1. p. q. 6. de illis qui ieiunare tenentur, diff. 12. Valentia 2. 2. disp. 9. q. 2. puncto 5. §. necessitas excusans. Eman. Sa sum. verb. ieiunium §. excusati à ieiunio. Capua 1. p. de cil. lib. 2. c. 37. nu. 52. Philarc. de officio Sacer. to. 1. p. 2. lib. 5. c. 25. §. causę ob quas, in 2. causa. Cañed. sum. sacram. de matr. c. 8. n. 71. in cōmēto, vbi bene addit in hoc euentu teneri virū nō ieiunare. Quia fortius est vinculū iustitię, cui tenetur satisfacere. Nec admittendā credo modo rationē Lud. Lopez 2. p. instr. c. de ieiunio c. 11. ad finē, vbi dicit tñc verū esse excusari ex hac causa virū à ieiunio, quādo nisi diē illa ieiunij, qua debitum signis petit vxor, vir reddat, patietur ipsa incōtinentiæ periculū, aut ægre feret, aut suspicabitur virū amore alio turpi captū esse: secus si precibus, & verbis blandis possit ipsa auertere. Cæterū hęc moderationem admitto, vt tñc non teneatur vir soluere ieiunium: at potest vtq; soluere, nec tenetur ratione ieiunij obseruādi auertere vxorem à debiti petitione, licet possit: licuti nō tenetur faber diues ab opere fabrilij quo ad sustentationem minimē indiget, diē ieiunij cessare, quō ieiunium seruare possit. In telligēda tñ hęc causa excusans à ieiunio est, quādo vir notabiliter redderet impotē, moderate reddēdum, non enim excusabitur si tantillum debilitetur. Ius enim habet ad hoc coniux: vt dixi. n. 5. Quare aberrat viri ex illi mātēs te à ieiunio excusari, vt fortiores sint ad copulā maritalē. Nā (vt dixi. n. 6.) non tenet vir vi calidis vt potentior sit ad copulā.

10

ac

ac proinde minus poterit ieiunium ea de causa soluere. Quod intelligo, nisi vxori periculū incontinentię imminet, nisi vir ad copulam frequentiore poterit efficiatur. Lex enim charitatis tunc obligans (vt dixi eo. num. 6.) potentior est precepto Ecclesiastico.

Quartū inferitur excusari vxorē à ieiunio ratione cōseruādi amorē mariti erga ipsam: vt ieiunās nequit satis placere viro, a quo minus quā par est, amatur, aut despicitur, q̄ pallida, deformisq; reddatur. Quia est damnnum notabile, estq; valde necessarius ad vitā coningalem quietē traducendam, mutus coniugum amor. Sic Cai. Arm. Nau. Angles, Philarcus, Emmanuel Sa num. præceden. relati. Ledef. 2. p. 4. q. 17. ar. 2. dub. 7. fo. 2. or. col. 3.

Quintū inferi dē dicendū esse de fœmina nubere volenti, si enim ieiunio de formis efficiat, itat difficilios multo nubat, excusabit à ieiunio. Id enim notabile dānū cōsetur. Sic Lud. Lopez 2. p. instr. de ieiunio. c. 11. ad fin. Tandem dubitabis, An idem censendū sit, nempe vxorē à ieiunio Ecclesiæ excusari, ob viri præceptū soluere iubētis? Pars enim negatiua suaderi videtur. Quia potius est Ecclesiæ obedire, nec vir dominū habet in vxore quoad præcepta Ecclesiæ, sicut habet quoad ieiunia, ad quæ sua sponte vouendo se atrinxit. Sed dicendū est, ob solā præceptū viri minimē excusari: vt clare probat ratio proposita. Verū si notabiles discordia oriatur inter ipsam, & virū, nisi ipsi obtemperet:

DISPUTATIO QUARTA.

An coniuges ad cohabitationem, & ad mutuū sibi præstanda alimenta teneantur?

SUMMARIUM.
Vot quæstiones sint disputanda? num. 1.
Coniuges tenentur iure diuino in eadem domo, mensa, & lecto esse. num. 2.
Hęc obligatio oritur ex matrimonij natura. Et an possit pacto tolli? num. 3.
An sit naturalis hac viri & fœmina cohabitatio? num. 4.
An possit coniuges mutuo cōsensu esse separati: indexq; id permittere debeat? num. 5.
An index Ecclesiasticus possit cogere innocatū seculari auxilio ad cohabitandum? num. 6.
An possit pterq; index compellere ad cohabitandum, & reddendum debitū? num. 7.
An possit index Ecclesiasticus procedere contra laicum detinentem vxorem alienam? num. 8.
An possint coniuges se mutuo vendicare? num. 9.
An possit filius agere contra patrem detinentem illius vxorem? num. 10.
An vxor teneatur sequi virū, & de cōtra? valeatq; cōtraria cōsuetudo, aut pactū n. 1. remissio.

tunc aliqui dicunt posse soluere ieiunium, saltem accedente proprij Sacerdotis dispensatione. Ita Innoc. rubrica de obseruat. ieiun. no. 1. & ibi Abbas nu. 8. Sylu. verb. ieiunium. q. 9. dicto 8. §. 2. vbi Tabiena. q. 20. §. 2. 1. Abul. c. 6. Mart. q. 149. Capua. p. 1. de cōsuet. lib. 2. c. 37. n. 53. Addit Abulensis si nodū obtenta dispensatione oriretur magnū viri scādālū, cā expēdādā non esse. Quia charitas ieiunio præterēda est: vt ait D. Hieron. & habetur. c. non mediocriter, de consecr. d. 5. Cæterū verius est, absolutē fas esse vxori ea de causa ieiunium soluere. Quia mutuos amor coniugū illi antepōndus est: vt proximē dixi ex D. Hieron. Item, quia positū præcepta non obligat cū scādālō. c. nihil cum scādālō de prescript. Ita docet Medina. c. de ieiunio. q. de his qui ad ieiunia tenentur, in prima causa excusante, vers. ad eandem causam. Nauar. sum. c. 21. Latinē. n. 19. Hispanie. n. 20. Ledef. 2. p. 4. q. 17. ar. 3. fol. 203. col. 2. §. præterea in hoc articulo. Vigner. lib. instr. c. 7. §. 3. vers. 2. sine. Angles florib. 1. p. de ieiunio. q. 6. de illis, qui tenentur ieiunare. diff. 12. Palacios 4. d. 15. disp. 8. post 4. concl. fo. 120. vers. deniq; si discordia. Lud. Lopez 2. p. instr. de ieiunio. c. 11. ad fin. Philarcus de officio Sacer. tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 25. §. quod ieiunia: qui bene hoc temperat cū Palacios proxime citato, nisi in cōtemptum ieiunij Ecclesiastici id præcipere maritus. Tunc enim vita potius exponenda est, quā ieiunium omittendum.

DISPUTATIO QUARTA.

An coniuges ad cohabitationem, & ad mutuū sibi præstanda alimenta teneantur?

Verū possint cōiuges esse diuini separati? Et qualis mora sit diuina? valeatq; statuti vt possint? n. 1. 2. & explicatur ibi. c. 1. de cōiug. lepe. An liceat viro peregre proficisci, relictæ alicuius negotij gerendū? num. 1. 2.
Teneatur ne vxorē secū proficisci poterit deserere? num. 1. 2. & ibi explicatur. c. quod super de voto. An coniuges possint votum peregrinationis mutere? Et an sint in hoc pares? Et tale votū si sit iure irritum? num. 1. 2.
Quid in voto mariti in subditū terra sanctæ eundem, vel illuc causā deuotionis eundem? num. 1. 2.
Quid de simili voto vxoris? num. 1. 2.
An vxor teneatur operari viro, vel ad aliqua obsequia ipsi præstare? num. 1. 2. post quæ inuenies summaria, quæ desiderantur.
Etimus de obligatione reddēdi debitum ingenerare: & cum ex ea oriatur cohabitandi obligatio: rectus ordo expōsici vt de ea hic sermo habeatur, simulq; de obligatione de mutuo alendi cōiugib.